Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



penitentie digno merore perturbet. Unde et apte sub
55 iungitur. Inuoluatur amaritudine. Dies enim amaritudine
inuoluitur. cum ad cognitionem mente redeunte peccati
blandimenta cruciatus penitentie secuntur. Diem ama
ritudine inuoluimus. cum praue delectationis gaudium
que supplicia sequantur. aspicimus. et asperis hoc fletibus cir
cumdamus. Quia enim hoc quod inuoluitur. ex latere omis
partis operitur. inuolui dies amaritudine optatur. quatenus
que mala incorrectis imminent. ex omni parte quisque
conspiciat. et uoluptatis sue lasciuiam. tristicie lamen
tis tergat. Sed si diem quem peccati delectationem diximus.
tot impeti precibus audiuimus. ut uidelicet circumdantes
fletus expient. quicquid delectatus per neglegentiam ani
mus deliquit. quanta animaduersione penitentie huius
diei nox ferienda est. uidelicet ipse iam consensus ad cul
pam. Sicut enim minoris culpe est. cum carnaliter
mens in delectatione rapitur. sed tamen delectationi sue
per spiritum reluctatur. ita grauioris et plene est nequitie. ad
peccati illecebram non solum delectatione pertrahi. sed
et iam consensu famulari. Tanto igitur acriori manu peni
tentie mens apollutione tergenda est. quanto se per con
sensum conspicit sordidius inquinatam. Unde et apte